


Seigneurs de Mataplana

© Ludovic Noirie, 15/01/2013

Sources:
 [LIM] «Liber Instrumentorum Memorialium», A. Germain, Société Archéologique de Montpellier, 1884-1886
 [SJdIA] «Diplomatari del monestir de Sant Joan de les Abadesses», Edicio i estudi a cura de Joan Ferrer i Godoy, Fundacio Noguera; Diplomatari, 43, Barcelona, 2009.



[LIM, Vol. 1, p. 177-183, §XCV] Testamentum Domini Guillelmi Montispessulani, filii Ermesendis. 11/12/1146.
 In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno ejusdem incarnationis M^oC^oXLVI^o, II^o idus decembris ...
 Ego **Guillelmus** de **Montepessulano**, filius **Ermesende**, sif facuo meum testamentum.
 ...
 Ego Guillelmus supradictus de Montepessulano dimitto domine matri mee omnes meos infantes, et totum honorem, et totos usus, et omnia admissamenta ipsius honoris, in garda et in baillia, et sub potestate et jussu ipsius matris mee, ipsi **Poncio de Mataplana**, consobrino meo, ut ipse, jussu et voluntate domine matris mee, hec omnia supradicta custodiat, gubernet atque defendat...
 ...
 Hoc testamentum est datum in **Montepessulano**, in domo et in camera que fuit Berengarii Lanberti, in qua domo habitabat tunc domina mater de Montepessulano, in presentia et audientia ..., Ermesende matris ipsius Guillelmi de Montepessulano, ..., Ponci de Mataplana, ...

[SJdIA, p. 127-128, §67] Donació 26/9/1125.
 In Xristi nomine. Ego **Bernardus Ugonis**, iacens in magna egritudine, recognosco mei male possidere in honore Sancti Iohannis, ipsas albergas, et malas per presiones quas suadente diabolo feci, in camps Abadals et en camps Monegals, sicut male tenui et iniuste possedi sic in prenomiatos locis, et in omniv alio honore Sancti Iohannis pretem solum anticum censum quem pagenses consuetudinalite parentibus meis donavere, reddo et sine enganno dimitto Sancto Iohanni. Et hoc facio cum voluntate et laudatione uxoris mee **Stephanie**, et omnium filiorum meorum, **Ugonis** et **Guilelmi** et **Bernardi** atque **Poncii** et **Raimundi**, cum **Arnallo** ceterarumque meorum hominum, qui ibidem aderant. In super dimitto Sancto Iohanni ipsum mansum qui est in terminio de Serra Longa, quem **Guilelmus Ugonis** dimisit prelibato monasterio, cum omnibus aiacensis suis. Et hec omnia facio sine ulla reservacione, tam in vita quam in morte. Dono etiam et offero filium meum nomine **Petrum Bernardi** ad Sactum Iohannem, ut sit ibi canonicus et serviens Deo, sub regulam beati Augustini. Que omnia sint firma et in convulsat cuncta per tempora ita. Quod si in aliquo fuerint lesa et legalite sint restaurata et post modum maneant integra.
 Factum est hoc anno M C XX V domine incarnationis, anno XVII regni Ledovici regis, II kalendas octubris, inter **Mata Plana**.
 Sig+num Bernardi Ugonis, qui hanc cartam difinicionis firmavi et estes firmare precipi. Sig+num Stephanie. Sig+num Ugonis et Guilelmi et Bernardi et Poncii et Raidmundi et Arnalli, qui hoc laudavere et testibus firmari rogavere. Sig+num Raidmundi Bernardi de Aragal. Sig+num Bernardi Sancier. Sig+num Poncii Guiriberti. Sig+num Guilelmi filii Poncii Giriberti. Sig+num Udalgarri.
 Raimundus Mironis sacerdos, scripsit hoc sub die et anno (senyal) quo supra.